

propter Regnum Dei; est, Deum jam omnino, & absolute regnare super ipsos; & inde magis sine ulla comparatione latetur, quam si ipsi reges essent. Hos teneamus sensus; & asserentes verba: *Adveniat regnum tuum. Pa. Segneri in Meditationibus.*

Peritiohe, Ob oculos Salvatoris petitionem hanc praesertim duntaxat versabantur objecta; Primum erat occurrere presumptioni nostrae; alterum nostram praeveterem desperationem; quae duo sunt mala gravissima, in quorum alterum justus, in alterum vero peccator possunt incidere. Justus aliquando pervenire potest ad hanc excessum confidentiae, ut sibi putet, non esse ultra petendam a Deo peccatorum suorum remissionem: *Ecce tibi anni servio tibi, & nunquam mandatum tuum praeterivi. (Lea. 15.)* Peccator e contra ad eum diffidentia gradum pervenire potest, ut desperet de venia criminum suorum: *Mala est iniquitas mea, quam non veniamerit. Sed utrumque malum praevitit Jesus Christus jubens nos dicere: *Dimittite nobis debita nostra. Pa. Segneri in Meditationibus.**

Omnibus, pro omnibus locis, omnibusque temporibus, dictum est: *Ita orabitis. Nemo igitur praesumat in innocentia sua, nemo putet sibi petendum non esse, ut Deus sua peccata dimittat. Quis enim in terra est, qui audeat gloriarī se expunctum esse ex numero eorum, qui Deo sunt obstricti? Omnibus generatim hominibus praecipit Salvator, ut ita orent: *Dimittite nobis debita nostra.* Omnes igitur debita contrahere possunt; omnes igitur possunt obtinere, ut sibi dimittantur. Accidere potest, versus est, ut dimittantur nobis omnia debita nostra, cum petimus adhuc illa nobis a Patre Caesari dimitti; sed quis hoc nobis testatur? Sine explicita revelatione pro certo habere non possumus, nobis dimissa fuisse peccata. *De praesertim peccato nobis esse sine mora. (Ecl. 5.) Pa. Segneri in Meditationibus.**

Ceterum si necesse est, quomodo est praesumere ab omni vacuum peccato; nemo etiam fas est desperare de venia, dummodo ex corde dicit: *Dimittite nobis debita nostra.* Nuncquid praecipit nobis J. C., ut ita petereamus, si contrahere possemus debita adeo gravia, ut eorum remissionem obtinere nequaquam possemus haec ex corde vere contrito petentes? Non ita facit; quandoquidem vult nos petere, ut nobis dimittantur debita nostra, tunc esse possumus ea esse nobis dimittenda: *Omne debitum dimittite sibi, quoniam rogasti me. (Matth. 32.)* Quod debitum? nisi quod per peccatum contrahimus. Potestne utinis a nobis exigere, Domine, ut illud nobis dimittas? & potestne minus ad id exigere, quam quod petis? Ad peccatum delendum non aliud requiritur, nisi dolor peccati; & tibi aliquo poena leve sufficiunt, ut tuae justitiae satisfiat. Ubiam ergo est illa Dei justitia, terribilis illa justitia, & in quibus ejus severitatem exeres? In ipso te, Salvator amabilis. Pro debitis nostris solvisti totum sanguinem tuum; detrectabimus ne aliquam subire particulam passionum tuarum, ut earum meritum nobismet valeamus applicare? *Idem.*

Per haec verba *Sanctificetur nomen tuum*, non petimus, ut Deus novum aliquem sanctitatis gradum adquirat. Ille ipsa est sanctitas; in se omnes continet perfectiones; nihil novi potest adipisci: sed petimus ut sanctificetur sanctum nomen ejus, videlicet secundum Scripturam sermonem, celebretur, laudetur, glorificetur. Primum sanctificare apud Hebraeos celebrare est; ut dicitur, celebrare jejuniū, & sabbatum, quod innuit his diebus nobis esse colendos, & peculiari cultu a ceteris esse distinguendos. Ita celebrare, vel sanctificare sanctum Dei nomen, est illud a ceteris nominibus distinguere, super ceteros extollere, & non nisi summa cum veneratione appellare. Secundo, sanctificare nomen Dei est laudare, & glorificare Deum tamquam honorum omnium auctorem, tamquam ipsam sanctitatem, atque veritatem. Cupimus, ut creata omnia narrent potentiam, & infinitas illius perfectiones, ut dictum est in libro Sapientiae. *Decontoverunt Dominum nomen sanctum tuum. (Sap. 10. 20.)* Evulgetur, ad eum honorem, & gloriam pertineat. Omnes Ecclesiae filii spectent gloriam ejus in omnibus actibus suis; ac tandem ubique cum Angelis canteant. *Deus est Sanctus, Sanctus, Sanctus. Cereonia Missa per Patrem la Bruis Oratorii Presbyterum.*

Cum dicimus: *Adveniat regnum tuum*, petimus Deum generatim glorificari; quapropter opus est, ut regnet in mentibus, & cordibus hominum, uti regnat in Caelo in Beatis Spiritibus. Cupimus, ut Dei regnum quotidie augeatur, & dilatetur per Ecclesiam in omnes terrarum plagas; ut peccatores non sinant amplius in se regnare peccatum; ut infideles atque heretici convertantur ad illum, & ad ejus Ecclesiam redeant; ut Deus solus regnet in corde justorum non secus ac in Caelstibus, & tandem ut regnum illius perficiatur per conjunctionem Electorum omnium in Caelo. *Fiat voluntas tua sicut in Caelo & in terra.* Deus ibi regnat, ubi fit ejus voluntas. Cupimus ut in terra fiat, sicut fit in Caelo; hoc est, ut homines id tantum facere velint, quod ab illis fieri vult Deus, ut ament, reverentur, quicquid a Deo est, ut se divine illius providentiae submittant perfecta cum obedientia; & divinae voluntatis suae exequantur imperia, quemadmodum Angeli in Caelo eadem exequuntur, ut sese praeparant perfecte ad audiendas Dei voluntates per celeritatem exequendi illas, quas audiverunt. Secundo, petimus ut regnum illius adveniat in nos,

De prima petitione a facit.

De secunda a facit.

ut in praesentiarum adeat possessionem animae nostrae, & efficiens, ut adhibito vitae praesentis amore, & earum rerum omnium, quae hinc mundo nos allectere possunt, nihil adentibus optemus, quam participes fieri Regni aeterni cum Justis. Tertio petimus, ut fiat Sancta voluntas ejus, nempe in nobis; ut peramante facere valeamus voluntatem ejus, Sanctus Cyprianus inquit, *ut obis opem ferat in jugi certamine carnis adversus spiritum, & in his omnibus, quae Sanctae Legi illius adversantur; ut in omnibus virtutibus rebus id uam velimus, quod salutem nostram conferre aliqui potest, & aequo animo, & hilari corde acceptemus eventus omnes, qui nobis dolorem possunt inferre. Liberii episcopus: Cereonia Missa per Patrem la Bruis Oratorii Presbyterum.*

Panis nostrum quotidianum *da nobis hodie.* Panis nomen in Scripturis accipitur modo pro illo, quod ad corporalem vitam necessarium est; modo pro vite spiritualis necessitatibus, & modo pro divina Eucharistia, quae antonomastice panis est, de quo J. G. dicit: *panis, quem ego dabo caro mea est. (1. Joann.)* Omnes id genus esse sunt panis quotidianus; quippe quotidie alere tenemus animam, & corpus; & Eucharistia panis est quotidianus Ecclesiae, fin minus est singulorum fidelium. Dicere non possumus J. C. velle, ut hic praesertim petamus esse, quae sunt corpori necessaria, cuiusmodi sunt victus, & indumentum; quandoquidem Jesus in hoc ipso capite ait: *Nolite solliciti esse dicentes: Quid manducabimus, aut quid bibemus? & addit: Quae sunt primum regnum Dei, & justitiam ejus, & haec omnia adicientur vobis, videlicet haec quamvis non petita largietur Deus vobis, quae spiritualia bona consequi adidentur. Neque asserere possumus J. C. praecipere, ut hoc in loco Eucharistiam potissimum posulemus: Nam praeterquam quod J. C. hanc orationem docuerit multo antequam divinum hoc institueret Sacramentum, illa quotidie recitanda est ab omnibus Christianis non quotidie communicantibus, & pluries singulis diebus recitatur, quamvis tunc mortales non communicentur. Restat igitur, ut pro pane quotidiano intelligamus praecipue bona spiritualia, quae animam nostram nutrire debent ad vitam aeternam, & quibus incessanter indigemus. Denique postquam praesertim spirituales nostras repleverimus necessitates, petere possumus etiam victum, habitationem, vestitum; sed haec petenda sunt eo modo, quo petitur panis, videlicet intantum, quod est mere necessarium. Illud petendum est hodie pro die tantum hodierna ad amovendam omnem avaritiam, & sollicitudinem pro tempore futuro. Petendum est, ut jugiter pendeamus a Deo in rebus omnibus. Eiprofecto in iis, quae ad has omnes pertinent necessitates, inutiliter essent provisiones nostrae, nisi Deus nobis ferret opem. Quotacumque sit hominis opulentia, vita ejus non pendet a divitiis illius. Quotacumque in statu sumus pauperes, aut divites, unice in Deo nobis confidendum est, & velle debemus omnino pendere a potestate, & bonitate supremi Domini, qui momento potest faciem imponere egestati pauperis, & redigere ditissimum quemlibet ad eam statum, in quo erat Job in suo tranquillio. Igitur debet singulis panis a Deo petendus est, tamquam dies. Panis hic gratia est, non debitum. Deo semper benedicere debemus sine modo, sive affluenter tribuenti; inopia quippe saepe nobis est utilior, quam copia. *Ex libro eodem.**

Dimittite nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Debita nostra peccata sunt. Debita vocantur, quia constituunt nos debitores justitiae Dei, qui in hoc mundo, vel in altero satisfaciendum est. Per debita vero, quae nos pollicemur dimissuros, intelligenda sunt injuria potius quam res, quod alii nobis debent, vel aliud quodpiam, ut scite Sanctus Augustinus animadvertit. J. C. id satis aperte declarat, cum sub finem hujus Orationis ait; fore ut si dimiserimus hominibus ipsorum peccata, Pater Caesariis quoque nobis nostra dimittat. Lico jure haec petitio ita aliis verbis offertur: *Concedo nobis noxas nostras, sicut & nos alienas condonamus. Quae ratione Salvator nos jubet in fratres nostros esse misericordes. Regula, quam vult, ut nobismet ipsis praescribamus petentes a Deo, ut nostra nobis debita dimittat, non est coercens. Oportet, nos acceptas injurias cumjuculoseque sint generis dimittere; & ratione debita pecunia semper regulari servanda sunt, uti nobis dimittatur, & simus misericordes, quos nos esse jubet J. C., si illum in nos esse cupimus misericordem. Secundo loco notandum est cum S. Augustino ex septem petitionibus quas Dominus nostras a nobis orantibus fieri iussit, illam quam per ceteris commendat esse veniam peccatorum; qua in re adigitavit nobis utilissimam ad nos ex miseris nostris eripiendos viam, esse erga alios uti misericordem. Ita haec una est Orationis Dominicae petitio, in qua Deum rogamus petende ac cum illo pacisceremur: illi enim dicimus: *Dimittite nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.* Si in hoc foedere, quod cum illo contrahimus, mala agimus fide, & mentitur, nullum ex Oratione nostra fructum percipiemus. Ait enim ille: Si dimiseritis hominibus, quicquid in vobis peccaverit; Pater Caesariis dimittet vobis, quicquid in ipsum peccaveritis. Verum si vos non pepercideritis illi; neque vobis parcat Pater vester. Ille nos arbitros facit sententiae, quam prolaturus est, nobis.*

De qua petitione a facit.

De sexta petitione a facit.

De quinta petitione a facit.

nobisque optionem facit bonitatis, & severitatis, prout altera uti fuerimus cum fratribus nostris.

Tertio animadvertendum est, petitionem hanc nexum habere necessarium cum altera, quae cupimus, *Adveniat regnum tuum*; omnis enim difficultas in injuriis dimittendis inde proficiscitur, quia volumus regnare, ac dominari in fratres nostros; si ex animo non aliud cuperemus regnum, quam Dei in corda nostra, nobis cordi non esset nisi honor, & gloria ipsius, erubesceremus aliquid in pretio haberi; illi traderemus, & abhorreremus ab ultione in fratres nostros exercenda, quam sibi uni Deus iussit reservari. *Homo, Sacer Textus ait homini reservat iram, & a Deo querit meliorem; in hominem similem sibi non habet misericordiam, & de peccatis suis deprecatur. Iste dum caro sit, reservat iram, & prostrationem petit a Deo. Quis exorabit pro delictis illius? (Ecl. 28.)* Cum etiam per terrimas calumnias nostra ledere irremediabiliter malo existimato, omnis tamen jugulandum esset doloris sensus in eos, qui tantam nobis inferret injuriam. Sed quomodocumque omnibus amoris nostri motibus resistere possumus, nisi Deus omnino regnet in nobis, & totam animam nostram non possideat. Igitur debitum remissio ex secunda petitione consequitur. *Idem.*

Et ne nos inducat in tentationem. Tentationes, quibus sumus obnoxii, prohibent saepe ne Dei voluntatem adimpleamus; quomobrem petimus, ne Deus nos in tentationem inducat. Tentatio autem, vulgo est experiri, ut aliquid vel cognoscatur, vel cognoscendum praebatur. Homo tentari potest primum, ut qualiter affectus sit agnoscat, cum latet. Deus hoc modo non tentat, quia omnia aperta sunt in oculis ejus. Secundo tentari potest, hoc esse probari, ut virtus illius innotescat. Ita Deus nonnunquam probat justos, ut illis locum praebet promerendi gloriam, esse alius exemplum proponat. Hoc pacto tentavit Abraham, Job, Tobias, alioque plures. Sed haec duae tentationes ratione minus conveniunt iis, quae petimus in nostra oratione. Tentatio in sequirem partem accipitur, petimus enim, ne in eam inducamur. Potest aliquis in tentationem induci, primum impellendo illum in malum; secundo non admonendo illum de tentationibus, quibus oppugnandus est; tertio relinquendo illum sine subsidiis, quo prohiberet, ne cederet tentationi. Non petimus a Deo, ne nos in malum inducat; scimus illum neminem hoc pacto tentationem inducere; itaque postulare, ne propter fragilitatem nostram permittat Deum, ut in tentationem incidamus. Haec est petitio, quam J. C. Apollolis suis praecipit, & in hoc sensu Sanctus Cyprianus, alique Patres nonnulli haec verba interpretantur: *Ne nos inducat in tentationem, hoc*

est, ne patiaris nos tentari. Verum cum vita haec sit perennis tentatio, & sperare non possumus nos evituros esse omnes tentationes, cum nobis pugnandum sit contra damnem, mundum, & carnem; petimus etiam ne Deus permittat nos a tentatione superari, nosmet nobis derelinquens. Non recedimus a voluntate Dei, & non vincimur tentationibus, nisi cum lumine, & robur desit nobis. Gratia Dei est subsidium nostrum, ut bonum opteremus, & superemus tentationes; *Et quomodo vultes sumas, cum Deus nobis ferret opem, dicit Papa Innocentius Primus, necesse est, ut hoc opem non ferat vincamur; Deo non impellente, sed nos deserente, Sanctus Augustinus ait. Petimus ergo, ne nos deserat Deus, nec sinat nos tentationibus superari. Scimus, si fideles fuerimus promissionibus, non permitturum unquam, ut supra vires tentemus; & speramus illum non permitturum esse tentationem, nisi ut inde victoriam referamus. *Ex libro, cui titulus: Cereonia Missa per P. la Bruis.**

Sed libera nos a malo. Haec est Orationis conclusio, & petitio, quae nobis procurare debet effectum, & fructum ceterarum. Jugiter nanctificimur obices iis dispositionibus, quas in nobis haec petitiones supponunt; in eo tota spes nostra est, quod Deus liberet nos a malo, non quidem ab omni malo singillatim, sed generatim ab iis omnibus, quae prohibere possunt, ne sanctificemur Sanctum Dei Nomen, ne Regnum illius desideremus; ne sanctam illius Voluntatem persiciamus, ne recipiamus bona, quae nobis sunt necessaria, ne dimittamus debita, ne criminum nostrorum veniam consequamur, & ne a tentatione praeservemur. J. C. jubet nos istepetere, quod ipse petiit pro Apollolis suis, pridie quam pateretur: *Praserva illos a malo, hoc est, ab eo, quod saluti eorum officeret. Non est igitur hoc in loco mali nomen corptandum, ut significet peccatum, demonem, vel aliud quodpiam particulare obiectum. Peccatum procul dubio malum est; & ceterorum maximum; sed non petimus solum liberari a peccato; supra jam a peccatis liberari poposcimus, immo etiam a tentatione, quae nos ad peccandum impelleret. Demon etiam malum est, & in Scripturis *Malignus* vocatur; sed non petimus solum a demonis incurfionibus liberari: non enim alius defunt causa, quae nos in malum inducant. Mali nomen generatim sumendum est pro iis omnibus, quae nos avertunt a vero bono, seu nos in nova peccata pertrahendo, seu instaurando molestas impressiones, quas praeterita peccata reliquerunt in mentibus, & cordibus nostris. Verbo, petimus, ut Deus liberet nos a malis, quacumque tandem illa sint, quae nos a salute nostra avertunt, & in nobis obices ad sanctam illius Voluntatem perficiendam constituunt. *Idem.**

De septima Orationis Dominicae petitione a facit.

DE SALUTATIONE ANGELICA. MONITUM.

Inter Cereonias, & Ecclesiae Catholicae consuetudines non extremum sibi jure vindicat locum Angelica Salutatio: est enim unum ex probatissimis argumentis devotionis illius, qua Virgo Sanctissima colitur, & fampridem istum obtinuit in omnibus Civitatibus, & recitatur ab omnibus Fidelibus, qui se Desiparam colere praesertim. Praeter cetera bona, quae illic emanant, monitum est, ut nosmet colligamus, & animam ad certamen ad dei actus, & tandem mentem nostram avocemus ab evagatione, in quam sensim coniecit illam multitudo occupationum nostrarum.

Patenet omnes Sanctam hanc consuetudinem non esse arctae, & inevitabilis necessitatis in Christiana Religione, sed solum praxis quadam pietatis, quae fidelibus migravit in consuetudinem. Hinc quibus inde fieret titulus, & peculiare Argumentum, confidit posse cum devotione erga Beatam Virginem; vel saltem cum praxibus, quas Christianus exercere potest sine publico, sive privato. Sed cogitans utilitatem, & fructum, quem Ecclesia, & Christiani inde percipere possunt, veluti instaurandi intentionem, quam mane vobismet proposuimus procurandi rebus in omnibus majorem Dei gloriam secundum Apostoli consilium; ratus sum me non modice collaturum pietatis fidelium, ostendere illis meritum, dignitatem, & fructum, quem ex hac Sancta, & religiosa consuetudine percipere potest Ecclesia.

ANGELICA SALUTATIO.

Salutatio Angelica est Oratio, quam Sanctissimae Virgini nuncupamus, & quae incipit iis Verbis, quibus ab Angelo salutata fuit, cum missus fuit nuntiaturus illam Dei Matrem futuram. Praecipua hujus Orationis partes sunt Salutatio, laus, & petitio; Salutatio quidem per verba Gabrielis Archangeli; Laus per eisdem Archangeli, & S. Elisabethae Verbis; Petitio vero per Ecclesiae Orationem. Cum B. Virginem salutamus, Angeli sequimur exemplum, eisque utimur Verbis testaturum cultum, & obsequium singulare nostrum pro infatigabili Desipare dignitate, ob hanc gratulari, & cordis nostri gaudium exuberans significatur. Haec sunt Angeli verba. *Ave Maria, dixit illi, gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus. Ita laudamus S. Virginem eo quod concepit, & peperit Mundi Dominum, ob plenitudinem gratiarum, & benedictionum, quas obtinuit, & ob elationem gloriae suae in Caelo, quod meruit, quacumque illi possumus conferre. En simul verba S. Elisabethae: *Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus Ventris tui; & inanimus; quis**

Quil conlineat Angelica Salutatio.

sic hic fructus per S. Nomen Jesu; eamque peculiari modo debemus orare; cum enim Mater fit Salvatoris nostri, & in gloria praesentis omnibus maxime elata, majorem illis habet apud Deum potestatem. Non defunt nobis exempla in Scripturis: primum enim Domini nostri miraculum paratum fuit ad Matris preces. Quomobrem illam jugiter precari debemus, ut nos praesentem Filium suum, & pro nobis illum deprecetur, quandoquidem sumus indigni, qui propter peccata nostra ab illo exaudiamur. Sed cum S. Virginem ita vocamus: *Sancta Mater a Mater Dei*, id agimus ad excitandum illius bonitatem, representando ipsi Sanctitatem, & qualiter Matris Dei; quam illa maxime facit, & quae fundamentum est totius Magnitudinis suae. Enixe flagitamus, ut pro nobis preces effundat, & respiciamus illam tamquam bonitatem cumulatissimam, ut velit pro nobis petere, & satis potentem apud Deum, ut ab eodem obtineat, quod petit pro Filium suum, non ut hoc ipsa nobis largiatur. Nosmet coram illa peccatores vocamus; ita enim nosmet humiliamus, & contitemur nostram miseriam, propter quam indigni sumus, qui ab illa exaudiamur; ut exitemus illius misericordiam, & boni-

nobis exprimitur id, quod in persona illius peculiariter nobis esse considerandum. Invenitur ibi notas imperii, & hæc est ratio quam habet ad Filium suum, qui creaturam omnium absolutus est Dominus. Adnotatur in ea quamdam amaritudinem, & hoc in illa considerare possumus in vita ejus mortali. Deus enim deduxit illum per juges passionis ad provisionem mortis Salvatoris ab ipsa Simeonis Prophetia, & memoria Passionis ejusdem, ex quo lugubri adfuit spectaculo fuit gladius anceps, quo anima ejus fuit semper tranfverberata. Admirantur etiam in Sancto hoc nomine lumina, & influxus, ex quibus insignes fructus percipiuntur. Idem.

Cor Virgo placuit in oculis Dei.

Prima laus, quam Cælestis nuntius impertit Domine nostre, his verbis exprimitur: Gratia plena: quibus innuere vult non solum ipsam Deo acceptam esse, sed aperit etiam principium, per quod habuit eidem placendi felicitatem. Gratia illam efficit eam in oculis Dei, dignam ejus obtutu, & amore. Prævenit illum Deus gratia, & beneficiis; neque enim per se potuit a peccato præservari; non secus ac ex nihilo educi, Ex mera Dei liberalitate hæc hausit magnifica dona, hæc valida subsidia, mirabiles gratias, quæ extulerunt illum supra meras omnes creaturas, & quæ prima etiam posuerunt fundamenta Spirituales ædificii sui in montibus altis, ut cum Propheta loquar, hoc est in perfectiori altitudine præ omnibus Angelis, & Sanctis. Sed illa his gratis tanta cum fidelitate respondit, ut dicere possumus verissime gratiam in ea nunquam inutilem, vel otiosam fuisse. Hanc illa cum grati animi sensu recepit; inde reulit incrementa, quæ mentium nostrarum infirmitas cognoscere non potest; eam omni cura servavit, quæ res infinite pretiosa servari potest; & procul dubio gratiam tanti fecit, quanti Salomon Sapientiam, quam omnibus terræ thesauris, fortunæque bonis censebat præferendam. Idem.

Cor Virgo placuit in oculis Dei.

Placuit in oculis Dei Sancta Virgo, non ob regale genus, non ob corporis formam, non ob naturalia spiritus sui lumina; sed propter gratie dona, quibus anima illius ornata fuit, propter præstigiū virtutum omnium, quibus fuit occupata, propter profundam humilitatem, integram obedientiam, patientiam invictam, zelum ardentem, consummatam caritatem, perfectamque puritatem cordis, sensuum, anime, cogitationum, & affectionum, quæ non aliud nunquam obiectum habere, nisi Dei amorem, atque servitatem. Ea quid concipere debeamus, cum dicimus *Mæla gratia plena*, & si postquam illam ita consideravimus, ad nosmet ipsos animum advertimus, fateamur nos Dei bonitati, ejusque infinitæ misericordie debere omnia subsidia, quæ nobis ad salutem contulit, tempus, quod ad poenitentiam agenda concessit, afflatus, quibus nos ad illam invitavit. Agnoscamus hæc Dei beneficia, tamquam favores, quos meriti non sumus, & quibus etiam eramus indignissimi. Sed gratias hæc reclusam fideli responsione, & sciamus fieri non posse, ut in peccati statu placeamus Deo, & per omnia natura bona accedamus ad illum. *Autior recens.*

Explicitio horum verborum, Domini recens.

Quoniam anima adheret Deo per gratiam, Angelus, qui concessit fuerat Sanctam Virginem esse gratia plenam, merito perhibuit illi testimonium præsentie Dei, & peculiaris ejusdem adfinitate, dicens illi: *Domine recum.* Quodam mihi esse potest gaudium, cum Cæli lumen non videam? Sed quod bonum sperare potest anima, & quam gustare tranquillitatem, cum separata est ab eo, qui creavit Caros, & qui omnem eorum gloriam constituit? E contra quod malum timere, & quo privari bono potest, si Deus eipit cum illa? Cum ergo Maria præstantissimam hæc percipit certitudinem, habet, unde suum expleat animum; non solum quia Deus verum est, & unicum bonum illius, sed quia tale erat etiam in illius æstimatione. Deus igitur fuit eam illa, tamquam ipsius fortitudo, & præsidium: & dicere poterat: *Si ambulaveris in medio umbræ mortis, non timebo mala, quoniam tu cum eo es.* Deus fuit cum illa tamquam lumen ejus; ita illa falli non potuit, & illa milites dicere debuit hæc verba, quæ illi melius quam alceiis cuiquam conveniunt: *Æternum Verbum tuum, infallibilis Sapientia tua, Verbum, quod mihi dedisti in Incarnatione illius, lux est oculis meis, & dux vitæ meæ.* Deus fuit cum illa tamquam obiectum sui amoris, cui illa semper adhaesit, ideoque illa nihil præter eum cupere potuit; & procul dubio illa verus, quam alius quilibet dixit, quod bonum invenire possum in Cælo, aut in Terra dignum corde meo, cuius tu supremus es Dominus, & totum, & pars! Hæc igitur verba significant in ore Angeli, unionem Sacratæ Virginis cum Deo per gratiam. Credibile est etiam illum extendisse eorum sensum, ac Mysterium ad unionem, quam habitura erat cum Deo, tamquam Mater cum Filio suo; & cum illam salutamus, cum illa congratulari debemus de hisce duabus prærogativis, ad dicere debemus illam unionem quam modo habet cum Deo in gloria, eamque in hoc statu respicere eo majori cum voluptate, quo hæc unio perfectior est. Tamen cum illi magis cordi sit nostra felicitas, quam nobis sit gloria illius, ca-

veamus ne illa nobis obiciat modicum sensum nostrorum sinceritatem, & ne illam existimemus tantum felicem, quantum dicimus, in supremi boni possessione, si quid aliud semper, hoc contempto, perquirimus. Si vero iustam illius æstimationem fovemus, incessanter metumus, ne separemur, etiam ad brevissimum temporis intervallum; & adhaereamus Deo per conformitatem nostrarum voluntatum cum sua, ut hæc unio inchoata per amorem in terra, per gloriam consummetur in Cælo. *Autior recens.*

Quid innuit, re voluit, Angelus Virgini dicens, Benedic tu in mulieribus.

Benedic tu in mulieribus, adjectæ Angelus, ut Domine nostre declararet, Deum illi concessisse gratias omnes, quæ aliis illustribus mulieribus fuerant distributa, & favores omnes, qui aliis fuerant divisi, in una ipsa congregari. Igitur per hæc verba intelligere debemus illam in gratia fuisse creatam, & in excellentiori gradu præ illa, quæ Hevæ concessa fuit in ipso ipsius creationis articulo. Ipsa fuit fortior, castior, fidelior, illuminatior, ac tandem perfectior in donis omnibus atque virtutibus, quam Mulieres virtute præditæ, quas nobis Scriptura commendat: & dicere possumus illas fuisse figuras, & umbras imperfectæ excellentiæ Sanctissimæ Virginis; sed in illis inveniri non potuisse, ne minimum quidem imaginem Privilegii ceteris incommunicabilis, & quod illi specialiter concessum fuit, cum electa fuit Mater Dei, futura Mater simul, & Virgo. Habet igitur illa puritatem, quam tamquam thesaurum suum Virgines jactant; hæbet etiam fecunditatem, quam gloriæ sibi vertunt Matres. Duo hæc bona, quæ seorsim diversum habent pretium suum, in illa collecta sunt per miraculum, quod illa colligit, & congregat in persona sua. Hæc gratia ita specialiter reservata erat Mariæ, ut una fit Mater simul & Virgo, sicuti Jesus unus est, qui simul sit Homo, & Deus. Et S. Bernardus addidit, sicut Deus Hominem fieri volens, non nisi ex Virgine nasci poterat; ita Virginem, quæ post esse Mater, non nisi Deum-Hominem parere potuisse. Divina hæc Materitas, quæ Mariæ est inimitabilis prerogativa, est etiam origo, & fundamentum ceterarum, quæ propter Angelus, qui dicere poterat absolute, Sanctam Virginem benedictam esse super omnia creatura; quippe re ipsa superat quidquid magnum est infra dilectum Filium suum in Natura humana, & Angelica, dicere voluit explicitè illam esse benedictam inter omnes Mulieres, ut ostenderet rationem suæ felicitatis, & Materitatis. Tamen cum tenemur considerare eminentem hæc qualitatem tamquam ceterarum gratiarum fontem, quibus Beata Virgo cumulata fuit; fatendum est tamen hæc non esse maximam, & Mariam beatiorum fuisse quod Jesum Christum amavit, eique paruit, quam quod illum concepit, & peperit. Benedicita est inter Mulieres, & super cetera creatura non eo quod præcipue fit Mater Dei, sed quia electa, ut Dei Mater esset, recepit abundantiam gratiarum, quæ decebant statum, ad quem erat destinata; ita ut secundum testimonium Sanctorum Patrum sit sanctitate, quam dignitate beatior, Ne queramus ergo, si non licet nobis ad alterarum horum privilegiorum contendere, cum ad alterum aspirare valeamus; vel benedicamus potius magnificentie Salvatoris, qui utrumque nobis dignatur communicare, & concedere nobis secundum spiritum privilegium, quod Sancta Mater habuit etiam secundum carnem, quandoquidem illis, qui fecerint voluntatem Patris sui, promittit, se facturum illos sublimis hujus affinitatis participes, & quicumque conceperit in corde suo Jesum Christum, posse illam etiam optinere consiliis, & exemplis parere in corde proximi sui. Cum his sensibus repetere possumus Angeli verba ad Sanctam Virginem, gaudios & gratulantes illi benedictiones; & manifeste exultantes gaudios, quod illæ causa fuerint in ejus animam, freti fore ut per illius intercessionem aliquæ celestis hujus roris guttæ super nos effundantur. *Autior recens.*

Quid innuit, re voluit, Angelus Virgini dicens, Benedic tu in mulieribus.

Et benedixit fructus ventris tui Jesus. Ecclesia quæ per Nomen Jesu finem facit precibus omnibus, quas Patri suo nuncupat, non nisi per idem finem facere potuit laudibus, quas Sanctæ Virgini offert. Spiritus sanctus, qui præest Ecclesie, eique suos sensus inspirat, infundit postrema hæc verba Sanctæ Elisabeth, eo tempore, quo Maria illam invisere dignata est, *Benedic tu in mulieribus*, ait illi, & benedixit fructus ventris tui; quod velle innuere; Tu matrum omnium felicissima quidem es, sed quæ quem sinu geris, causa est tua felicitatis. Quæ veritas non est in dubium revocanda; quia patet per se, & delecta Verba, quibus Sancta Mulier usa est, hoc ipsum significant. Non dicit illa, benedixit filius tuus, sed utraque nomine fructus, quia sæpe accidit, ut filii in Parentum suorum gratiam benedictionibus replentur; quod Filio Mariæ convenire non poterat; & contra fructus non habetur in pretio propter arborem, quæ illum producit; sed arbor propter fructum. Hæc benedictio Filii Virginis se in illam effudit uberrime veluti super jusculum, quod illi propius erat, atque conjunctius; & omnia magnalia, quæ admiramur, in illa sunt effectus gratiæ, cujus Jesus erat principium. Sed felices hæc communicationes non illic subsistunt:

runt; aquæ salubres universam terram irrigaverunt; & in omnia secula effusa sunt. Fluvius est, qui ascendit versus Originem suam, ut sanctificaret antiquos Patriarchas, a quibus Corpus Salvatoris suam hausit originem. Torrens est, qui evertit potestates inferni, qui peccata submergit, qui roborat animas nostras: Est denique fons aquæ vivæ, qui nobis apertus est in Sacramentis; qui nobis terrenarum rerum situm auferit, & qui ad principii sui locum rediens, restit usque in Cælum, ut nos illic perducatur, & ibi fiat torrens Sanctarum deliciarum, quibus in omnem æternitatem saturabimur. Sanctus Paulus videbat terminum harum pretiosarum exundationum, cum postquam retulit verba, per quæ Deus recepit, se benedictionibus repleturum omnes Mundi gentes per merita Filii sui, subdit in gratiam, & per unionem capitis hujus adorabilis Patrem Æternum distribuisse omnes spirituales benedictiones, quæ nobis jus conferunt in Cælum, & quæ nos apertè efficiunt ad gloriam comparandam: Igitur Jesus Christus fons est omnium benedictionum; & omnes benedictiones in illum conferenda sunt; non secus ac fluvii, qui ex mari ducunt originem, jusque tributum aquarum suarum mari perfolvunt. De hoc ipso dictum fuit, ipsum dignum esse, qui possideat potestatem, sapientiam, & divinitatem, & qui recipiat gloriam, laudes, & benedictiones omnium creaturarum. Ante thronum illius Cæli Principes offerunt coronas suas, & sicuti Sacratæ Virgo recepit ab illo propius gratias, & dona magis sublimia, sic etiam illi gratias agit summa cum submissione. Sensus ejus assequitur, qui cum illa, & per illam benedicit Jesum Christum, considerans illum tamquam finem omnium consummationis, videlicet, tamquam obiectum omnium perfectarum actionum. Sancta Virgo videt cum gaudio devotos famulos suos laudare Filium suum dilectum, ac toties multiplicare suas benedictiones quoties illum salutant. Ipsa illum ore eorum benedicit, & majori cum zelo, quam olim Propheta, dicit illis; venite filii,

vobis ostendam mirabilia, quæ fecit Deus mihi; & in glorificatio illum tamquam communem Dominum nostrum, & simul adorabile nomen illius glorificemus. Hoc illa nobis perit tamquam potissimum officium nostrum, & illam laudaret, qui sibi non proponeret gloriam Filii sui tamquam finem ultimum officiorum omnium, quæ illi perfolvuntur. Hæc igitur extrema Angelicæ Salutationis verba illa sunt, quæ jucundissime tangunt cor Domine nostre, & ea sunt, quæ a nobis majori cum obsequio, & devotione sunt proferenda. Verum ut nostræ benedictiones, & laudes æquis auribus recipiantur, expiemus corda nostra, vitæque nostram componamus; quia Deo placere non potest laus in ore peccatoris; & inutilis atque superfluitio est cultus benedicere Nomen Salvatoris precibus, & sermonibus nostris, donec illud dedecoramus actibus, qui longissime abhorrent ab ejus consiliis, & exemplis. Idem.

Debemus singularem præstare cultum Sanctissimæ Virginis, quod facimus cum ad precandum utimur prima illa parte Salutationis Angelicæ: *Ave Maria gratia plena; Dominus tecum; benedicta tu in mulieribus.* Nam *Domine summi* & *laude laudibus*, & *gratias agendis celebramus, quod Sanctissimam Virginem omni celestium donorum minorum cumulavit, ipsique Virgini singularem illam gratularum felicitatem.* *Jure au em Sancta Dei Ecclesia hunc gratiarum actionem precem etiam, & implorationem Sanctissimæ Dei Matris adjuvat, qua pia, atque spectatè ad eam confugerimus, ut nobis peccatoribus sua intercessione conciliatæ Domini, bonasque cum ad hæc, cum ad æternam vitam necessaria impetretur.* Ergo nos exules, filii Hæc, qui hæc lacrimarum vallem tuolumus, affluat Misericordia Matrem, ac fidelis populi Adlocutionem invocare debemus, ut oret pro nobis peccatoribus, ab eaque hæc precem optem, & auxiliam implorare, cujus, & præstantissima merita apud Deum, & summam voluntatem juvandi humanum genus, nemo nisi imple, & nefarie dubitare potest. Ex Catechismo Concilii Tridentini.

CÆREMONIÆ MISSÆ, ET SACRIFICII EUCHARISTICI. MONITUM.

DEI Filius non solum ex Ecclesia fecit Mysticum Corpus suum; voluit etiam singulari beneficio, quod satis admirari non possumus, eidem conferre absolutam fore in naturale Corpus suum protestatem. Hæc enim potestas est de eodem ad arbitrium disponendi, offerendi illud in Sacrificium pro vivis, atque defunctis, ad conditum temporis articulum subestans sub specie panis, & vini omnibus temporibus, omnibusque in locis, omnibus inferiendi necessitatibus, ac se se convertendi in omnes usus ad fidelium salutem necessarios, quæ illum offerri possunt cum sacerdote, & cum eo communem efficere Oblationem, ut eadem loquitur Ecclesia; Ut meum, ac vestrum Sacrificium acceptabile sit apud Deum.

Ut igitur illud digno Deo offerat Ecclesia, satis non putat cogere Fideles, ut huic adint Sacrificium cum ea omni devotione, quæ fieri potest, maxima: Adde de peno suo ceremonias maxime conformes, & quæ altissimam nobis admittunt ideam magnitudinis ejus, & finis divini hujus Sacrificii, videlicet representandi nobis perfectissima ratione illud, quod in Cruce peractum est: Ceremonias quas per constantem tenet traditionem, & quæ ideo præscriptæ, & instituta sunt ab Apostolis, quæ res fecerunt Catholicam a Protestantibus Sacrificium hoc non habentibus, & quibus deest illius offerendi potestas, vel qui amiserunt eam, quam legitime acceperant ante schismata sua, per Sacramentum Ordinis, quod antea illos Ecclesie membra constituat. Finitus explicabimus hæc Ceremonias, quin repetamus ea, quæ a nobis dicta sunt de Sacrificio Missæ in Bibliotheca nostra, ubi Tomo Quarto locuti sumus sub titulo Eucharistiæ in duplici Tractatu seorsim, quatenus Sacramentum est, & quatenus Sacrificium.

DE CÆREMONIIS

Missæ, & Eucharistici Sacrificii.

De Sacrificio generat.

EX omnibus gratiarum actionibus, & obsequiis, quæ homines præstant Deo propter infinitas ipsius perfectiones, & propter admirabilia bona, quibus homines cumulavit, nullum magis naturale, & legitimum est Sacrificium; hoc enim fatetur Supremum Dei potestatem super creatura omnia, eadem coram ipso deferentes. Profertur illi, nobis persuasum esse, illa ex nihilo educta fuisse per meram ipsius liberalitatem, quin indigeret illis ad felicitatem suam, vel gloriam constituendam; illum adhuc potentè manu sua servare, ne cadant in originis suæ abyssum; illum unicum esse supremum eorum dominum, primum principium, extremumque finem, & sicuti omnia illa totum esse suum tenent ab illius potestate, ita illa totum debere gloriæ ipsius. Itaque Sacrificium jus est ita proprium Dei, atque ita incommunicabile, ut ipsa superiorum Principum vanitas, qui sibi divinos honores vendicaverunt, nunquam ausa sit hoc fibi usurpare, quemadmodum S. Augustinus animadvertit. Omnes populi hoc obsequium genus soli tribuerunt Divinitati, quorum eorum pietas venerata est, vel quam mentium error effinxit. Primi homines sacrificia obtulerunt vero Deo. Moysis lex multigena præcipiebat; & lex gratiæ unum tantum habuit admirabile, cujus cetera figuræ fuerunt, quod semel in Calvario oblatum fuit, & quod hæc genus quotidie in Altari instituitur. *Autior recens.*

Ecclesia Catholica in cultu suo nil majus habet, quam Jesu Christi Sacrificium; continet enim omnia personæ ejus magnalia, omnia vite ejus Mytheria, & omnem Religionis suæ Sanctitatem. Illa ibi possidet Hominem-Deum, quantumcumque est, impassibilem, & morientem, Sacerdotem, & Victimam, Altare, & Donum, & Pontificem, & Agnum. Videt in hoc fidei Mytherio realissimum institutionem omnium Mytheriorum Salvatoris, qui divinitus signatur in Altari sine per eandem virtutem, qua genitus fuit in Sinu Patris; ibi quotidie incarnatur per Verbum suum in manibus Sacerdotum; ibi conjungit mortem, & vitam suam, opprobria, & gloriam, Crucem, & Resurrectionem, misericordias, & judicia. Invenit illa totum cultum hominum erga Dominum suum, Deum infinite adorabilem, cui uni Sacrificium debetur, & adoratorem infinite Sanctum, qui unus par est offerendo illi dignum se Sacrificium: illa ibi nobis ostendit complementum omnium Sacrificiorum legis antiquæ per solam hostiam, quam omnia figurarunt; illa denique veros Christianos eformat ex qualibet conditione in hoc fonte gratiarum omnium, per magna

Quæ sunt prærogative, & characteres Sacrificii Missæ.

